



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Epizeuxis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Epithese.

Est etiam proxima figura, cum aduersarium ipse verbis, quibus ab eo laesit sumus, percutimus. Vt in illo, *Qua deus in fraudem, qua dura potentia nostra* Egredere: vbi hoc Iuno, quia scilicet, Venus dixerat, si nulla est regio Teucris, quam det tua coniux dura. Et, Bis capiti Phryges. Latine dicitur obiurgatio.

Iul. Ruf. p. 37.

Epirochon.

Armag.

Επιροχον percursorio, vbi res, & sententiae summa velocitate percurruntur, & discutiuntur. Eodem est cum Epitrochismo. Herm. lib. 2. de formis diceudi.

Epitrope.

Iul. Ruf. p. 19.

Hoc fieri solet, cum alicui rei vehementer confidimus, & nostro iure iudicibus largimur: ut quemadmodum videtur illis, constituant, atque ei pareamus. Hyperidis, sed ego iam iudices summum, ac legitimum, quod exposui, mea causa: ita omitto: vobis, quod aequissimum videatur, ut constituatis, permitto. Non enim vereor, quin etiam si nouum vobis institutum, libenter id, quod postulo, propter utilitatem communi consuetudinis sequamini.

Permissio.

Iul. Rufini p. 28.

Epitrope. Hæc sit, cum figuratè concedimus, quod vult, quis faciat: ut, Virg. AEnc. id. 1.

I. Sequere Italiam venis, pote regna perundas.

Et Cic. in Catilin. Quid expectas? pronũciare: nimum iam diu te Imperatorem illa tua Maulliana castra desiderant.

Epizenxis.

Sive Diplosis, geminatio vnius verbi, vel plurium in eadem sententia duplicatio: ut, Vos appello fortissimi viri. Quint. lib. 9. c. 3. distinguitur ab Anadiplosi, quod hæc sit in diuersis sententijs. Anadiplosis eadem, & reduplicatio.

Aquil p. 15.

Eritema.

Interrogatum. Eo utimur, vbi exacto modo aliquid interrogamus, & arguimus eius inuidiam, hoc modo: Fuisse illo in loco? dixit: sine hæc ita gesta esse: renuntia sine ea quibus decepti sumus? Hæc enim si sine interrogatione dicantur, ad hunc modum, hic fuit illo in loco, & ita esse gesta dixit, & falsa renuntia nos decepti: hæc si prolata minus inuidiosè proferentur.

Erroru industio.

Numeratur à Cicerone inter figuras,

quam Scaliger refert ad Ironiam l. 3. c. 97.

I. Ruf. p. 6.

Ethologia.

Morata oratio, qualis est ista Lyfiæ. Rure rediens, iudices, homo maior natu, magno calore, vix sufficiens vix molestiam, tamen his verbis egomet me consolor: fer fortiter demum laborem; iam breui domum venies expectatus: excipiet te defatigatum diligens, atque amans vxor: ea sedulo, ac blandè praministrando detrahet languorem, & simul seniles nutriendo recuperabit vites. Hæc me in itinere cogitatio prope confectum confirmabat. Postea verò, cum domum veni, nihil carum rerum inueni: sed potius bellum intestinum ab vxore, contra me comparatum. Item Demosthenis, At mediũs fidius, iudices, ego sic arbitrabar, filium ad patrem dissoluto vultu venturum, lacrymis patrum sinum oppleturum, supplicem precaturum, obsecraturum, blanditia sua, quod petisset, à patris mollitie impetraturum. Sed hic longe aliter: namque incredibili confidentia armatus, ad patrem aduolauit sicut hostis: atque initium sermonis, cum iurgio sumpsit.

Ethopeia.

Moralis confictio. Hæc figura differt à Aquil. Profopopora, eo, quod & ibi personas fingimus, quæ nusquam sunt: hic certis quibusdam personis verba accommodare ad fingimus, vel ad improbitatem earum demonstrandam, vel ad dignitatem. Tale est illud pro Quintio. Quid Rex Næuius ad hæc: ridet nostram ardentiam, scilicet, cum ab eo officia boni viri desideramus. Et quemadmodum natus, inquit, & quemadmodum educatus sum memini. Vetus est, de secura diuitem facilius multo, quam patrem familias fieri posse, &c.

Ethopeia, est alienorum affectuum qualiumlibet, dictorumque imitatio, non sine reprehensione. Latine dicitur figuratio, vel expressio.

Iul. Rufini p. 36.

Euchæ.

Precatio. Virg.

Da nunc Thybra pater ferro, quid missile herbis.

Cic. in Catilinam, cum inuocat Iouem ad pœnam coniuratorum, atque ita concludit, Aeternis supplicijs viros, mortuosque mactabis.

Exallage.

Εξάλλει immutatio, & diuersitas. Vbi

varia